



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Quid à ieiunio Ecclesiastico excusantur c. 4. & 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Qui à ieiunio Ecclesiastico excusentur. Cap. 4. & 5.

Quatuor sunt cause à ieiunio excusantes, infirmitas, paupertas, labor, & pietas. Infirmitas quadruplex, languoris, complexionis, ætatis, & conditionis: Languor in febris, & vulnere graui consistit, quibus affecti, sicut & valetudinarii, ac debiles, & qui inedia, in capitis, ac stomachi dolores incidunt, non tenentur ieiunare. Ratione ætatis excusantur, qui nondum 21. annum expleuerunt, & qui senio iã confecti sunt, vt qui septuagesimum annum attigerunt, quamuis aliqui etiam antea excusantur, qui tamen non excusantur à qualitate ciborum. Ratione conditionis & status. Mulieres grauidæ, & lactentes, pauperes qui satis non habent quo vnica comestione nutriantur, o

perarii quorum artificium arduū
est ac moleſtum, etiamſi alioquin
diuites ſint, modo ex officio labo-
rent, vel ob publicam vtilitatem,
aut ad vitandum grane damnum,
propriū, aut aliorum : ſecus ta-
men de ſutoribus & aliis huius-
modi, qui non adeo corpus exer-
cent, præterea Cōcionatores, ma-
giſtri, confeſſarii ex officio aut o-
bedientia, iter facientes pedibus
peregrini, cum peregrinatio eſt ex
voto: vel non poteſt in aliud tem-
pus commode differri, ob pericu-
la viarum & alia huiusmodi, ma-
xime ſi accedat conſiliū confeſſa-
rii, coniux qui non poteſt redde-
re debitum ieiunādo, vxor ad evi-
tandas rixas modo non in cauſa
fidei, omnes inquam iſti excuſan-
tur à ieiunio, qui vero bona fide
credit ſe habere cauſam ſufficientē
ad ieiunandū, ſi non ieiunet, ſolū
pec. ven. deberet tamen petere de-
clarationem à Confeſſario, vel à

viro docto, aut Medico, Episcopus
verò & superior possunt non mo-
do idem declarare, sed etiam dis-
pensare cum subdito in ieiunio.
Non solum autem is peccat con-
tra præceptum ieiunii, qui cum ad
id astringatur non ieiunat, sed e-
tiam qui est in causa vt alii ieiu-
nium soluant, quales sunt imprimis
qui compellunt seruos ad la-
borandum, ex quo fit vt non pos-
sint ieiunare, quando opus differ-
ri poterat in alium diem sine graui
damno. Secundo, patres fami-
lias qui suis cibos ministrant quan-
do deberet ieiunare. *Tertio, Cau-
pones qui parati sunt omnibus &
quacunque hora cibos præbere.
* Denique qui alios inuitant ad
cœnā qui alioqui, cœnaturi non e-
rant, vel quocunque alio modo
sunt in causa, vt non ieiunent. Ob-
seruandum autem est cum quis
peruenit ad locum, vbi fit aliquod
speciale ieiunium sub præcepto

tener
morat
grauus
do ab

De

A
cipere
pore,
porter
& mē
neglig
diuag
habēs
re, scri
satisfa
vel cal
tiam
soluer
tur,
virtua

teneri illud adimplere, si ibi sit diu moraturus, non autem si ut peregrinus inde transitum habeat, modo absit scandalum.

De Præcepto audiendi sacrum
Cap. 6. & 7.

A Vdire sacrum non est idē quod intelligere, vel voces sacerdotis celebrantis percipere, vel eundem videre; sed corpore, & mente sacro interesse. Oporteret. n. quod homo sit præsens, & mēte intēdat, itavt si ex affectata negligētia nō aduertat, aut sponte diuagetur, vel opus aliquod agat habēs vagationē annexā, vt studere, scribere, suere, vel pingere, non satisfaciāt. Potest tamē horas can. vel calculos recitare, ac pœnitentiam satisfactoriam sine culpa persolvere dum sacrum ipsum agitur, dummodo attendat saltem virtualiter se sacro interesse nem.